

FRIDERICI ALBERTI  
**MAULLII**  
**JURISCONSULTI**  
**THESAURUS**  
 THEORICO-PRACTICUS,  
*Tam studiosæ Inventioni, quam ipsis Doctores, Scholis ac foro utilis*  
*& summè necessarius,*  
 CONTINENS TRACTATUS

Fideicommissis.  
 Litterarum obligatione,  
 Stipulationibus.  
 Societate.  
 Collecclis.  
 Jure Maritimo.

DE

Commodo.  
 Deposito.  
 Pignoribus.  
 Legatis.  
 Mandato.  
 Mutuo.



NUNC PRIMUM IN LUCEM PROBIT.



MOGUNTIAE.

Sumptibus **LUDOVICI BOURGEAT** Bibliopolæ Academici,  
 Excuditur **CHRISTOPHORUS KÜCHLER**


ANNO M. DC. LXVI



REVERENDISSIMO, PERILLU-  
STRI, PRÆNOBILI AC GENEROSO  
DOMINO,

D. JOANNI  
AB HEPPENHEIM  
CONDICTO à SAAL,

ECCLESIAE METROPOLITA-  
NAE MOGUNTINAE DECANO, CATHEDRALIUM  
WORMATIENSIS ET HERBIPOLENSIS RESPECTIVE PRÆ-  
POSITO AC CANONICO CAPITULARI, EMINENTISSIMI ELE-  
CTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO INTIMO, NEC NON SU-  
PREMO LOCUM TENENTI, &c. DOMINO MEO  
GRATIOSISSIMO.



Aferè est, Reverendissime, Per-  
illustis, Prænobilis, Generose ac  
Gratiosissime Domine, invete-  
rata omnium temporum con-  
suetudo, atque laudabilis, tam  
veterum, quàm hujus ætatis no-  
stræ usus, ut rerum Scriptores in quocunque ar-  
tium vel Scientiarum genere aliquid in lucem  
edituri, operis sui Patronos fautoresque ad fron-  
tem præscribere, eorum arma atque insignia præ-  
figere soleant: videlicet, ut ejusmodi præsidio &  
salvo conductu tutius in publicum prodire va-  
leant



DE  
**FIDEICOMMISSIS**  
**VNIVERSALIBVS**  
**TRACTATVS.**  
**TIT. I.**

DE SUBSTITUTIONE OBLIQUA SEU  
*fideicommissaria.*

SUMMARI.

- 1 Obligua substitutio quid sit & qui hereditarium restituit est heres directus, cui restituitur est heres obliquus, qui fideicommissarius appellatur.
- 2 Fideicommissum quid sit?
- 3 An fideicommissum propriè sit substitutio?
- 4 In quo differat substitutio fideicommissaria à directiva in genere.
- 5 Substitutio obliqua seu fideicommissaria in quo differat à vulgari.
- 6 In pupillari succeditur pupillo & idè in eam veniunt bona patris & filii.
- 7 In fideicommissaria succeditur testatori & idè veniunt bona testatoris.
- 8 Fideicommissaria substitutio differt à pupillari in eo, in quò a, quò arrogatus ex bonis arrogatoris habet, pater filio substituere potest, fideicommittere non potest.
- 9 Legitima fideicommissum esse onerari non potest.
- 10 Testis vel quarta quam uxores ex bonis maritorum consequuntur fideicommissum onerari nequit.
- 11 In Saxonia mulier in gerada fideicommissum gerari nequit.
- 12 Bona in dudio censentur libere relicta à testatori heredi, non onere fideicommissum gerari.
- 13 Fideicommissum allegari incumbit probandi onere.
- 14 In fideicommissum probatio vel debet necessario concludere vel nisi aliqua presumpcio juris, qua sit per legem aliquam probata.
- 15 Licet in materia fideicommissionum conjectura & presumptiones aliquando dicantur liquidissima probationes, atamen id aliis verum non est, quoniam si conjectura sit probata per legem vel ad hoc facta & ita resultat ex verbis per testatorem prolatis, ut solent modo fideicommissum & nihil aliud importare possunt.
- 16 Si verba testatoris aliud possunt indicare non dicuntur sufficienter constare de voluntate testatoris, quia multipliciter exponitur quid sit ignoratur.
- 17 Non est recipiendum, quod Mantica scriptum reliquit, dum inquit, quod ubi sermo testatoris necessarius non inducit fideicommissum id pro fideicommissum debeat accipi.
- 18 Presumptiones bonorum in iure legibus scriptis receptas non legantur, sunt potius verisimilicudines non presumptiones, qua transferant onus probandi in alium.
- 19 Non licet arguere à presumpcio voluntate defuncti, nisi quatenus coniectura illa sit legis auctoritate iurata.
- 20 Non sufficit testatorem voluisse fideicommittere, nisi eius voluntas transferat in dispositionem.
- 21 Quod dictum est voluntate testatoris non probari coniecturis, nisi coniectura sit necessaria, qua aliud importare non possunt, vel nisi sint presumptiones ab ipsa legitime approbata. Limitatur, nisi absurdum eratur, si coniectura fideicommissum importarent.
- 22 Quando dispositio confertur in certum casum à testatore consideratum respectu alicuius effectus, tunc licet casus ille non eveniat, si tamen contingat casus, per quem idem sequatur effectus, dispositio traditur ad casum eventum, considerata defuncti voluntate.
- 23 Quando testator fideicommissum velicium ad certas personas & tempus constituit & subicit generalitatem, aptam comprehendere ex sui naturà plures alias personas & plura alia tempora ratio expresse ampliat & restringit dictum, ac idè fideicommissum à ratione expresse regulatur.
- 24 Fideicommissum est duplex, universale & singulare.
- 25 Fideicommissum universale quid sit?
- 26 Fideicommissum universale est, siue heres ipse gerat, siue restituere sit alius, nisi ex persona heredi hereditas acquiratur.